



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De iis, qui recèns matrimonio copulati sunt. cap. i.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)



D. IOANNIS DAMA-
SCENI PARALLELORVM
LIBER TERTIVS.

DE IIS, QVI RECENS MATRIMONIO
copulati sunt. CAPVT I.

Deut. 24.

Eccli.

Naz.
Carm. ad
Olymp.

simile.

Afflito
maritopor
tus est v-

Esa. 58.



I QVIS VXOREM recens acceperit, non exhibit ad prælium, nec imponetur ei ullum negotium. Im- munis erit, ac sedebit in domo sua uno anno, & ob- lectabit vxorem suam, quam accepit.

Qui acquirit vxorem, incipit ditari.

Nata mea, munus hoc à Gregorio patre accipe. Nam patris admontio longè optima ac saluberrima est. Deum primò, ac deinde maritum, vita tua oculum, ac consilij arbitrum & moderatorem reverere. Hunc unum amas & desideras, atque hoc uno te oblecta: eoque magis, quò te per- fectioni amore complectitur. Ne tantum fiducia libertatisque capias, quantum tibi mariti desiderium præbet, sed quantum honestas ipsa concedit. Quandoquidem omnium rerum satisetas est. Ac sane rerum omnia satietas est: sed ab amore satietatem arceri satius fuerit. Causa ne, cum fœminas, in virilem tumorem ac libertatem prorumpas. Ne generis tui amplitudinem marito proferas, nec propter opes ac sapientiam supercilium attollas. Sa- pientis enim mulieris est, matrimonij legibus cedere atque obtemperare. Marito irascen- simile. cede: laboranti mollibus verbis ac probis consiliis opitulare. Nam nec is, cui leonum cura commissa est, ira astantis ac rugientis bellus & robur corporis viribus frangit, ac vici sim irascendo: sed eam blandam manu, mollique verborum sono, permulsum domat. Nunquam tibi accidat, ut detrimentum ullum iacturamque, quamvis granissima ira percita, marito exprobres. Nam ipse multò pluris tibi esse debet, quam omnes facultates. Illud quoque ca- ue, ne quem marito tuo parum amicum laudes, ut per comparationem versuta eum oratio- ne perstringas. Rursum autem communes cum eo voluptates atq; molestias habe. Hoc enim rem familiarem auctiorem reddit. Cum mœrente viro non nihil ipsa quoque mœre. Mari- to enim in mœrem aliquem prolapsò commodissimus portus est vxor. Radius porrò & K telæ tibi curasint: atque etiam oracorum meditationi da operam. Ne pedem tuum limine efferre studeas, nec ad publicos ludos proficiscaris. Id enim pudorem verecur dis etiam excutit. Nec vero carum mulierum consuetudine vtere, que superbo collo sunt, & facie meretricia: nec eorum virorum, qui marito tuo displicant. Cura denique, ut vir- gineus pudor egregium sub palpebris tuis ruborem marito fundat: utque vel ad solum ho- minum aspectum erubescas, oculos cæcos, superciliūque humili depressum habens.

De ieunio, ac ieunantibus.

C A P. II.

CCE ad lites & contentiones ieunatis, & percutitis pugno impie. Nun- quid tale est ieunium quod elegi, per diem affigere hominem animam suam? nunquid contorquere quasi circulum caput suum? Nonne hoc est magis ieunium,